UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Formularium Terminoru[m] seu Registrorum Nouiter Jmpressum [et] eme[n]datu[m]

Rom, 1511

Coronatio Julii pape. ii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70641

Visual Library

ſacroſancte ro· eccleſie Cardinalis ſancti Petri ad vincula vulga/
riter nuncupatus Rome in conclaui in dicto palatio apoſtolico
apud ſanctum Petrum ſito per Reuerendiſſimos in chriſto pa/
tres ⁊ dominos dominos ſacroſancte Romane eccleſie Cardina/
les in ſupradicto palatio apoſtolico ac conclaui pro electiõ ſum/
mi pontificis celebranda inibi exiſteñ ſanctiſpiritus infuſione af/
ſlañ nemine diſcrepante nulloqꝫ contradicente concorditer ⁊ vna/
nimiter ad ſummi apoſtolatus apicem rite ⁊ legittime electus ex
titit ⁊ aſſumptus· Necnon dñs Julius papa ſecundus diuina ꝓui
dentia nuncupatus atqꝫ honorifice vt decuit de dicto palatio ad
baſilicam principis apoſtoloꝝ de vrbe ductus inibiqꝫ ad altare ma
ius eiuſdẽ cũ cantico· Te deũ laudamus maximis cũ letitia ⁊ ſollẽ
nitate poſitus ⁊ introniſatus Quare ⁊c·

Coronatio Julii pape.ii.

DJe vero Dominica viceſimaſexta menſis Nouembris San
ctiſſimus in chriſto pater ⁊ dñs Julius diuina ꝓuidẽtia pa/
pa ſecundus ad ſumi apoſtolatus apicẽ aſſumptus per Reueren/
diſſimos in xp̃o patres ⁊ dominos dominos ſacroſancte Romañ
eccleſie Cardinales Rome in baſilica principis apoſtolorum Sã/
cti Petri de vrbe diuino officio ⁊ miſſe ſollennitatibus in talibus
fieri ſolitis ⁊ adhibitis fuit coronatus ⁊ inunctus· Deinde in quo/
dam eminenti loco ad hoc aptato ante porticum ⁊ introitum vi/
delicet ſupra ſcalam marmoream dicte eccleſie ſiue baſilice ſancti
Petri in quo quidem extiterat factum ac conſtructum quoddam
tabernaculum ſiue edificium eleuatum pro dicti dñi nr̃i dñi Julij
pape ſecundi coronatione ꝑpetranda ⁊ agenda ꝑ Reuerendiſſimũ
in xp̃o patrem ⁊ dñm dñm Raphaelem miſeratione diuina tituli
ſancti Georgij ad velum aureum ſacroſancte ro· eccle· Cardinalē
⁊ Camerarium in ceteroꝝ dñorum Cardinaliũ Archiepoꝝ Epoꝝ
Prelatoꝝ cleriqꝫ atqꝫ populi p̃ñtia extitit honorifice atqꝫ ſollen/
niter vt decuit ac ſummo pontifici ⁊ ſp̃uali dignitati congruit tri/
plici diademate ⁊ corona coronatus· ¶ Aliqñ continuabimur ſic
Inſuper vero ſtatim ⁊ incontinẽti ante horã prandij eiuſdē diei
cum hmõi diademate capiti ſuo impoſito ſollẽniſſime cũ maximis
⁊ mirificis triũphis honeſtate reuerẽtia honoreqꝫ decentibus per
Reuerẽdiſſimos atqꝫ Reuerẽdos in xp̃o patres ⁊ dños ſacroſan/
cte Romane eccleſie Cardinales Patriarchas Archiepos Epiſco
pos Abbates Prothonotarios cũ albis mitris pluuialibus· Nec/
nõ magnificos generoſos ⁊ nobiles viros dños principes comites

marchiones milites pleroſq3 alios nobiles ciues Ro. ac vtriuſq3 ſexus homines de dicta eccleſia ſancti Petri ad baſilicam ſancti Johannis Lateraneñ ꝓ nonnullis cerimonijs inibi fieri ſolitis faciendū laudabiliter extitit aſſociatus Quare ⁊c.

Viſitatio eccleſie Lateraneñ.

Anno ⁊c. die Martis quinta mēſis Decembris poſt diuinum officium in baſilica ſancti Petri principis Apoſtoloꝝ peractum ante horam prandij eiuſdez dici Sanctiſſimus in chriſto pater ⁊ dñs noſter dñs Julius diuina prouidentia papa ſecūdus diademate pontificali coronatus ſollenniſſime cum maximis ⁊ mirificis triumphis vt ſupra in clauſula. Inſuper vero ⁊ extitit aſſociatus.

Mutatio anni Pontificatus.

Die martis viceſimaſexta menſis Nouembris fuit dies aniuerſarius pontificatus ſiue feſti coronationis ſanctiſſimi in chriſto patris ⁊ domini noſtri domini Julij diuina prouidentia Pape ſecundi. Quare illa die Annus Pontificatus dicti domini Julij de anno primo in ſecundum mutabatur ⁊ mutatus eſt.

De Subdelegatioñ.

Reuerendiſſimus in xpo pater dñs Cardinalis iudex ⁊ cōmiſſarius ꝑfatus Rome in domibus ſolite ſue reſideñ venerabilē ac circumſpectum virum dñm. n. iudicem commiſſarium ⁊ auditorem in cauſa ⁊ cauſis huiuſmodi ac omnibus ⁊ ſingulis cauſis coram eo indeciſe pendeñ in ipſius domini Cardinalis abſentia vſq3 ad diffinitiuam ſententiam excluſiue ſubdelegauit ⁊ deputauit prout ⁊ quemadmodum in quodam ſubdelegatione instrumēto publico per me preſentis cauſe notarium atque ſcribam predictum deſuper in notam recepto ⁊ apud acta cauſe huiuſmodi inferius regiſtrato plenius continetur ⁊ habetur. Preſentibus ⁊c.

Subdelegatio cāe ꝑ Cardinalem.

¶ Reuerendus pater dominus. n. Rome ⁊c. pro tribunali ſedens in prefatoꝝ magiſtrorum. n. ⁊. n. ꝓcuratoꝝ hincinde preſentia aſſerens ſe ad preſens diuerſis ſuo Epiſcopatui incumbeñ ⁊ alijs negocijs legittime fore impeditum in tantum quod litterarum ſibi

Sbdelegatio ad exequend lr̄as aplicas ⁊ decidend in eis cōtenta.